Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

mundus & cæcuminator: saram idem uirtute accipere omino
non poterat. Porro abymelech idem qui mundo & phylosó
phice uiuebat, poterat quidem accipere quia mundo corde
querebat. sed nondum tempus aduenerat. Manet igitur apud ab
raham uirtus. manet in circumcisione donec tempus ueniat,
ut in xpo ihu dno nro. in quo habitat omnis plenitudo diui
tis corporaliter. integra & perfecta uirtus. ad ecclam gentium
transeat. Tunc igitur & domus abymelech. & ancillæ eius quas sa
nauit dns. parient ecclæ filios. Hoc enim tempus est quo steri
lis parit, & quo multi sunt filii desertæ magis quam eius quæ
habet uirum. Aperuit enim dns uuluam sterilis. & effecta est fecun
da, ita ut pariat gentes de semet. Si & sei clamant & dicunt.
Dne ad morte tuo in utero concepimus & peperimus. spm salutis
tuæ fecimus super terram. Unde & paulus dicit filioli mei, quos
iterum parturio donec formetur xpc in uobis. Tales igitur parturit
& tales filios generat omis ecclia di. Nam qui seminat in
carne, de carne metet corruptionem. filii autem spc isti sunt
de quibus & apls dicit mulierem saluam futuram per filiorum genera
cionem, si permanserint in fide & castitate. Ecclia igitur di sic intel
ligat partus. sic generationes accipiat. sic patrum gesta deco
ra & honesta interpratione sustollat. sic uerba sps sej. ni
epus & iudaicis fabulis decoloret, si plena honestatis. ple
na uirtutis. atque utilitatis assignet. Alioquin quæ nobis edi
ficatio erit le[illegible] q gentib abraha tantum patriarcha. non
solum meretrici esse abymelech regi. sed & pudicitiam ciuigis
prodidisse. Quid nos edificat sei patriarchæ uxor. si putet
contaminationib exposita prohibenda maritale. Hæc iu
dei putent & siqui eius sunt litterę amici ni sps. nos autem
spiritalib spiritalia coparantes. & actu. & intellectu spirita
les efficiamur. in xpo ihu dno nro. a. Explicit omelia. vi.
Incipit. vii. de Natiuitate ysaac. & qd alacte depulsus sit.